



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn


**Liber Theologiæ Moralis, Viginti Qvatvor Societatis Iesv
Doctoribvs Reseratvs**

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lvgdvni, 1659**

Cap. I. De Contractibus fortunæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41066

452 *Moralis Theologiae Tract. III. Iustitia,*
occasione, vel professione in Religione; secus de vestibus pre-
tiosis, torquibus, arrhis, & aliis largitionibus sponsaliis
propter nuptias effectis, aut propter filij à captiuitate redem-
ptionem; hæc enim in pateruæ hereditatis diuisione addi-
cenda sunt. Omnia ex citatis.



EXAMEN XIV.

De Iustitia & iure, circa materiam de contradi-
bus, in quibus admiscetur fortuna: de contra-
ctibus, qui aliis contractibus sunt adminicolo:
de quasi contractibus: & de nonnullis contra-
ctibus innominatis.

CAPUT PRIMUM.

*De contractibus, in quibus fortuna
admisetur.*

§. I.
Assecu-
ratio.

1.  *Cis contractus in quibus admisetur fortuna,
præter ludum tres esse, scilicet Assurationem,
Sponsonem, & sortem. Requirunt quidam Assu-
ratio? Contractus est, quo alienæ rei per-
iculum suspicitur pro pretio, aut alio interel-
lece. Reducitur ad emptionem & venditionem, vende-
to asecuratore periculi susceptionem, pro certo pretio.*

2. *Quoniam ad eius iustitiam requiruntur? Tria præcipue
Primum æqualitas ex utraque parte. Secundum incertus
eventus rei, que asscuratur. Tertium sufficientia bona in al-
securante. Si quid horum decesset, iniustus esset contractus.*

3. *Sciens ex astrologia fore securum tempus, potest ne re-
cipere pretium in asecuratione? Potest plane; quia non ita in-
fallibiliter quis ex Astrologia coniicit, ut non adsit periculi
timor.*

4. *Quodnam asecurationis pretium commune? Iustum
eius pretium ex communi estimatione petendum, si taxatum
non est.*

5. *Quenam res solent asscurari? Quatuor præcipue. Mer-
ces, Pecuniae, Libertas, Vita.*

6. *In ea utriusque contrahentis obligationes. Asscurans
ultima*

estimationem mercis soluat, si pereat: assecutus soluat etiam assecutionis premium: fraudes autem omnino remouenda.

7. Quid est sponsio? Contractus, in quo duo de veritate, vel §.2.
euentu alicuius rei contendentes sibi vicissim aliquid sponsio.
dendent, ut id eius sit, qui veritatem fuerit assecutus.

8. Num licita? Ex sua natura licita est dummodo semper
super dubiam rem fiat. Eius exprime conditiones. Tres sunt.
Prima æqualitas in re, quæ spondetur cum æquali incertitudine. Secunda dubius euentus rei in utroque. Tertia ut uterque in eodem sensu accipiat id, de quo certatur.

9. Spondeo cum eo, de quo scio veritatem scire. Si adhuc id
cognolens velis spondere, tibi imputa.

10. Decipi alterum existimo, cum tamen re vera alter cer-
tus sit. Probabile est posse spondere, probabilius tamen &
æquius est, quod non possit alter spondere, nisi prius dece-
ptione te commoneat.

11. Dubito in presenti de re, de qua ante certum me putabam. Poteris spondere.

12. Sunt sponsiones cum conditione illicita, v.gr. quod alterum
potando superabit quis; quod bimestri spatio alter morietur:
num lucrum ex his restituendum? Iure quidem ciuili damnatae
sunt, attamen lucrum restituendum non est.

13. Quid de sponsione super vita aut morte Pape, aut su-
per futura Cardinalium electione? Ex se res licita esset, iure
tamen positivo Pontificum prohibita, & irritæ redditæ hu-
iusti modi sponsiones.

14. Quid est Sors? Scio sortes triplices esse; Diuinatorias,
Consultatorias, & Diuisorias. De postremis requiris; Contia-
nus est, quo aliqui ius habentes in aliqua re conueniunt, ut
mittantur sortes, quisnam illam debeat obtinere. §.3.
Sors.

15. Num licitus con ratus? Ita planè, si fraudes absint, in
temporalibus quidem, non in electionibus Ecclesiasticis.

CAPUT II.

De contractibus, qui aliis contractibus sunt adminiculo.

16. Nam de Societatibus differuimus, solum de Fideiuſſio-
ne, Pignore, aut Hypotheca agendum nobis est. Quidnam
FF 3 est